RUPERTUS TUITIENSIS

Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 135v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift

reliquit intelligenda hic scriba magni regis/ut scias hunc esse de quo scrip
tum est illic. Et uocabit nomen eius admirabilis/consiliarius/deus/fortis/pater
futuri seculi/princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium/et pacis non erit finis
super solium dauid et super regnum eius. ut confirmet illud et corroboret in
iudicio et iustitia/amodo et usque in sempiternum. Sententiam in quit agi
te/appropinquabit enim regnum celorum. Iuxta perscriptum prophete testimonium
agebat ut multiplicaretur imperium suum quod est regnum celorum. peccato
res ad penitentiam inuitans/et de inde simonem petrum et andream
fratrem eius ceterosque apostolos uocans. Nam et si queras qualiter multiplicandum
foret eius imperium/faciam uos ait fieri piscatores hominum. Denique si facti
est. Pauci qui te rege suum secuti sit facti sit piscatores hominum. et ex
te multiplicat imperium. xpi regis magni multitudine gentium. sub
latis aduersariis et inimica morte par erit. et pacis non erit finis. xvii

xvii

Videns autem turbas/ascendit in montem. Et cum sedisset/accesserunt
ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum/docebat eos dicens. Beati pau
peres spiritu/quoniam ipsorum est regnum celorum. Et cetera. Loquatur ne nobis rex
et dominus noster leges regni sui. iam non montis erigui sed ipsi factus ascensor celi.
sedens non in uertice montis trem. s; ad dexteram maiestatis in ex celsis/aperiens
pimpii maiestate non sensualiter os suum. s; in mysticum thesaurum suum. in quo
diuitiae salutis id est sapientia et scientia reposite sit. Glam quippe regni
eius et potentiam loqui gestientes. secundum euangelistam hunc qui de illo pene
cuncta regalia loquitur. usque huc peraeuimus. ubi uidens turbas ascen
dit in montem/et aperuit regale os suum. ut ipse loqueretur ore suo rex. qui
loquebatur prius per ora preconum. Loquatur inquam dignas actione oris sui
sententias. et doceat qui uel quales esse debeant qui militent regno dei/
quo belli ordine uel qualibus armis pmerendum sit. ut sempiterna sti
pendia percipiant illi regni. Putabant enim carnales filii regni qui
audierant illud rep missum fuisse patribus suis. quod tempore illo messyae
impanite diuites sibi forent atque opulenti. uacaretque superbire indui
tis/putabant reges et principes trem impii audito nomine hui regis.
qualis fuerat herodes. quod sanguinem suum fundere sibique urbes ac
uectigalia principere haberent milites regni dei. Beatus quod. 1.

Beati pauperes spiritu/quoniam ipsorum est regnum celorum. O amabile regnum dei/
o pia et uenerabilis conditio proposita querentibus regnum dei.
Beati inquit pauperes spiritu. beati habentes spiritum timoris domini/quia tam
et si in hoc seculo diuites sit ut fuit abraham. tamen et si regali purpura